aqua ascendit ad os fontis ⁊ fluit in a-
bundantia ⁊ sic homines aquam capi-
unt ⁊ recedunt..

Moralizatio.

Carissimi.

Terra illa que
sicca est mundus iste est qui hoiẽ siccũ
reddit. ab oratione ⁊ deuotione ⁊ sub-
trahit rorem celestis gratie Fons iste ẽ
deus. Unde eccl'. Fons sapientie in ex-
celsis dei. Eamus ergo ad fontem illuȝ
cum instrumentis musicis id est deuo-
tis orationibus: vt nostra vox sit dulcis
in aure dilecti. ⁊ accedat ad nos aqua
gratie sue. Quam nobis concedat. ⁊c.

De aĩa peccatrice per peccati lepram in-
fecta quomodo curatur.

Capitulu*ȝ*. cli.

Quidã rex no-
bil' in regno suo habuit du-
os milites Unus erat aua-
rus ⁊ alter inuidus. Auarus pulchram
vxorem habuit oculis omniũ gratiosã
Inuidus vero vxorem valde turpem ⁊
omnibus odiosam ⁊ quandam terram
annexam militi auaro habuit: quã mi-
les cupidus per omnia habere desidera-
bat. Sepius ad eum accessit. ⁊ multa
ei obtulit si terram suam ei vendere vel-
let. Miles vero inuidus respondit se ñ
velle vendere hereditatem suam nec pro
auro vel argento. Attamen ex inuidia
cepit cogitare quomodo pulchritudinẽ
vxoris auaro militi possȝ denigrare ⁊ di-
xit militi auaro. Si desideras terrã me-
am habere nil pro precio desidero: nisi
ꝙ vxor tua mecum sit vna nocte. Qui
ei annuit ⁊ vxori dixit. Que repulsam
dedit primo: sed tandem per virum idu-
cta consensit. At ille miles inuidus an-
teꝙ̃ ei condormiret cuȝ leprosa se com-
miscuit. Hoc facto ad dominam acces-
sit ⁊ eam cognouit quotiens voluit.
Quo facto eidem intimauit ꝙ lepram
incurreret: dicens quomodo inuidiã de
hoc habuisset ꝙ vxor sua tam turpis es-
set ⁊ ipsa tam pulchra ideo eam sic detur-
pauit. Quod audiens tristis facta est.
⁊ flens amare marito suo intimauit: qui
valde tristis factus dixit vxori sue. Do
tibi consilium. Adhuc nullum signuȝ le-
pre in te apparet: hic prope extra regnũ
est magna ciuitas in qua est vniuersitas
ad illam pergas. ⁊ omnibus venienti-
bus sis communis. ⁊ qui prius ad te ac-
cesserit infirmitatem recipiet ⁊ ab omĩ
lepra curaberis. Quod factum est Ue-
nit filius imperatoris adamando eam:
fecitq; eam venire ad se. ⁊ eam rogauit
vt ei consentiret: que negauit dicens.
Absit a me vt ego paupercula sim cõcu-
bina filij ĩpatoris. At ille magis ac ma-
gis eam propulsauit vt ei consentiret.
Illa cogitauit. Hic filius imperatoris
si lepram incurreret magnum damnuȝ
esset. Ei proposuit quomodo incideret
lepram si eam cognosceret. At ille no-
lens desistere eam cognouit ⁊ lepram ĩ-
currit. Altera die sentiens se liberatã ad
patriam perrexit dicens ei. Si vos con-
tigat lepram incurrere ad me declina-
te. ⁊ ego vobis inquantum possum de
necessarijs prouidebo. Post hoc non
diu filius imperatoris leprosus factus
est. ⁊ tantum verecundabatur: ꝙ nocte
nullo sciente ad dominam iuit vbi ma-
nebat. Hoc domina percipiens mari-
to suo intimauit. dicens. Ille est qui ꝑ
me infectus est. et ego a lepra liberata
sum: qui videns eum turpiter infectum
fleuit amare: cameram sibi ordinauit in
qua solitarius manebat. ⁊ domina ei ꝑ-
sonaliter ministrabat. ⁊ in eodem loco
septem annis manebat. Accidit eniȝ ꝙ

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-91/0168
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG